



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Archi-||dioeceseos || Colonien-||sis Descriptio || Historica

Henriquez a Strevesdorff, Martinus

Coloniæ Agrippinæ, 1652

III[ustrissi]mum & Rev[erendissi]mum Capitvlm. Metropolitanvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12065

ILL. MUM & REV. MUM

CAPITVLVM.

METROPOLITANVM.

Metropolitanam Cathedralē hic cernimus AEdem,
Principium in Clerosolum, subsellia prima
Scandere, qua cunctis prælucet, & altior exit.
Majoriter digna gradu. Fana omnia præter;
Tota Diœcasis, vel que Provincia tota
Ambit in amplexu, gremioq; includit Horizon.

Hinc de Iure Prior, Titulo clarissimus ille
Consensus Status est, paret cui scilicet omnis
Ordo Dynastarum. Clerusq; obiempereat omnis:
Dictum Collegium nullos admittit in Album,
Quam summos sacri Proceres, Comitesq; Ducesq;
Imperij Heroas, cumq; his Illustribus, octo
Presbyteros, quorum Promotio summa probatur,
Vel Doctoratus, vel dia Licentia, & horum
Consilio arbitrio, soloq; Ecclesia nutrita
Agrippinensis regitur, servatur in Esse.

Ast e predictis Illustribus atque Serenis
Principibus, Ducibusq; Viris Primatibus Archi-
Præful, & Elector Princeps celebratur in alto
Romani Imperij sessu, Italiaq; supremus
Sicilia Regni quoq; Cancellarius ille est,
Consilio Imperij, Procerum votoq; secundus.

Multis Casaribus, multisq; à Regibus, altis
Principibus, Ducibus, Baronibus atque Dynastis,
Vbiaca hac Cathedra est ditata favore lumbenti,
Ornamentorum millenis dotibus, Aedes
Iam dicta à Sancto Materno Antistite primo

Disci-

Discipulo Petri, fundamina (a) sumpsit i^o ortum,
 Primo à Prelato hoc, Vbiorum & Apostolo in Vrbe,
 In Divi Petri templum sacratur honorem,
 Hic animando fidem Prae propagat ubiq*s*.
 Tempore Chilprici Francorum (b) Regis, eodem
 Ætatis, sanctus dum sceptra Agilolphus haberet,
 Quod prior illis annis, misso Diplomate summo
 Pontifice à Zacharia, huius post secula vero
 Dum Comes ad Tubarum, delubra Tuitia fundans
 De structo Castro, Sanctorum Heribertus in album
 Adscriptus, Patria Pater admirandus in evo
 Ottoni charus, dumq*e* Archi Präfulus auctus
 Munere, mox meruit Primus dignarier alto
 Electoratus (c) gaudente Ecclesia, honore:
 Dicta Cathedralis, Dominatus possidet intrò
 Archidiocesin, Donaria plurima, prater
 Freishemium quondam Comitatum, conditus ipse
 Emundus sacra Comes & Dotator in AEdo,
 De se sic loquitur clarus post funera vivens;
 FREISHEIM, SANCTE MEUM FERO, PETRE, TIBI

COMITATUM:

Hulckroidt (primò Equitis Sedes, Dominatus & olim
 Sed manibus Clivia Comitis Comitatus herilis:)
 Iura exercendo Theodorus nomine Lovo,
 Possedit primò; Ditionis limina vidit
 Nussia, Moers infra, suprema in parte Colonus,
 Henrico demum de Virnburg are (d) redemptus
 Cessit, & inde illum Cathedra hac possedit, ad usq*s*
 Tempora Fernandi, qui permutavit & Vrbem
 Zontinam contra Hulckradum, velligal, & Arcem,
 Unde hac Metropolis per Zons sua Iura reservat,
 Et prater Glevvel subsunt cum Iuribus Esch. Niel,
 Walperberg, Voringen, Bullesheim quoq*e* & Erpel,
 Hac loca sunt Dominis subiecta labore, timore,
 Justitia è contra; Pax & Clementia regnant.

[a] An. 96. [b] An. 714. [c] An. 1002. [d] An. 1311.
 TITV.